



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

9 Vtrum magis filium, quàm patrem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Et immutabile con-
sequitur, quod immu-
tabilis coniunctio, quia
ex sua immutabili-
tate peruenit, redi-
dere potest in deside-
rium maioris boni,
utque adhuc mira-
bilitati suppositi, sed
quo enim intentus
est mihi coniuncti,
& bonum quod de-
sidero mirabile est,
prosum in manus, ac
manus bonum desi-
derium meum exten-
dere. Nec ullum est
aliquid periculum, si
seruare natura potest
mutari in illis bonis
illud. Patet autem
hoc ab oppositis. Non
potest ex charitate
pater habere filium
hereditarium in patria,
velle quod sit melior
Iohanne Baptista, quia
tam immutabilis est
bonitas eorum, sed
inter maiores potest
velle, quod filius sit
melior illo religioso
viro non operando di-
minutionem alterius,
sed accessum & aug-
mentum bonitatis in
suo non curando de
alio alioque in com-
muni. Diminutio autem
bonitatis in uia
dupliciter potest con-
tingere. Primo, secun-
dum bonitatem di-
stinctionem pro cha-
ritatis constitutione
& augmento, ut pa-
ter, cum existens in
charitate declinat,
& affluat ad ueniam
multa, & pericu-
losa. Secundo, secun-
dum ipsam chari-
tatem, non per di-
minutionem eiusdem
numero charitatis,
sed per recuperatio-
nem minoris chari-
tatis, post lapsum.
Si enim sanctus Pe-
trus cecidit a chari-
tate, ut decem, &
per primam contri-
tionem non fuit di-
minutus ad charita-
tem, ut decem, sed
re uolto, charitas in
eo diminuta est. Et
hoc saepe accidere vi-
detur trepidi resur-
gentibus.

ritas facit hominem conformari
Deo secundum proportionem,
vt. f. ita se habeat homo ad id, qd
suum est, sicut Deus ad id quod
suum est. Quod enim possumus
ex charitate uelle, quia sunt nobis
conuenientia, quae tamen Deus
non uult, quia non cōuenit ei vt
ea uelit, sicut supra habitum est,
cū de bonitate uoluntatis ageretur.

ARTICVLVS VIII.

*Utrum sit magis diligendus ille, qui no-
bis est magis coniunctus secundum
carnalem originem.*

AD OCTAVVM sic proceditur.
Videtur, qd non sit magis di-
ligendus ille, qui est magis nobis
coniunctus secundum carnalem
originem. Dicitur. n. Prouer. 18.
Vir amicitabilis ad societatem ma-
gis erit amicus, quam frater. Et
Valerius Max. dicit, qd amicitiae
vinculum praualidum est, neq;
ulla ex parte sanguinis uiribus in-
ferius. Hoc etiam certius, & explo-
ratius, qd istud nascendi fors for-
tuitum opus dedit: hoc uniuersu-
iusq; solido iudicio inchoata uo-
luntas contrahit. ergo illi, qd sunt
coniuncti sanguine, non sunt ma-
gis diligendi, quam alij.

¶ 2 Præ. * Ambros. in 1. de Offi.
Non minus vos diligo, quos in
Euangelio genui, quam si in con-
iugio suscepissim. Non enim ue-
hementior est natura ad diligen-
dum, quam gratia. Plus certe dili-
gere debemus, quos perpetuo no-
bis computamus futuros, quam
quos tantum in hoc saeculo. non
ergo consanguinei sunt magis di-
ligendi his, qui sunt aliter nobis
coniuncti.

¶ 3 Præ. Probatio dilectionis est
exhibitio operis, ut Greg. dicit
in Homil. sed quibusdam magis de-
bemus impedere dilectionis ope-
ra, quam etiam consanguineis: si-
cut magis est obediendum in exer-
citu duci, quam patri. ergo illi, qui
sunt sanguine coniuncti, non sunt
maxime diligendi.

SED CONTRA est, quod spe-
cialiter in præceptis Decalogi ma-
da tur de honoratione parentum, ut
patet Exo. 20. ergo illi, qd sunt nobis
coniuncti fm carnis originem,
sunt a nobis specialius diligendi.
RESPON. Dicendum, qd sicut

A * dictum est, illi qui sunt nobis ma-
gis coniuncti, sunt ex charitate ma-
gis diligendi, tum quia intensius
diliguntur: tum etiam quia pluri-
bus rationibus diliguntur. Inten-
sio autem dilectionis est ex cōiū-
ctione dilecti ad diligentē: & ideo
diuersorum dilectio est mensurā-
da secundum diuersam rationem
coniunctionis, vt. f. vnusquisq; di-
ligatur magis in eo, quod perti-
net ad illam coniunctionē, secun-
dum qd diligit. Et ulterius compa-
randa est dilectio dilectioni, secundum cōparationē
coniunctionis ad coniunctionem. Sic ergo dicendū
est, quod amicitia consanguineorum fundatur in cō-
iunctione naturalis originis. Amicitia autē cōiunium
in cōiunctione ciuili: & amicitia commilitantium in cō-
municatione bellica. Et ideo in his, quae pertinent ad
naturam, plus debemus diligere consanguineos: in
his autem, quae pertinent ad ciuilem cōuersionē,
plus debemus diligere conciuēs: & in bellicis, plus
cōmilites. Vnde & Philosophus dicit i. 9. * Ethic.
quod singulis ppria, & congruentia sunt attribuenda.
Sic autem facere videtur, quidam qui ad nuptias
uocant cognatos: uidebitur utique & nutrimento
parentibus oportere maxime sufficere, & honorem
parentum, & simile est etiā in alijs. Si autem compa-
remus et coniunctionem ad coniunctionem, cōstat
quod coniunctio naturalis originis est prior, & im-
mobiliior, quia est secundum id, qd pertinet ad substā-
tiam: alia autem coniunctiones sunt superuenient-
es, & remoueri possunt. Et id amicitia consanguineo-
rum est habiliior: sed alia amicitia potest esse potio-
res secundū illud, qd est proprium vniciuiq; amicitia.

B coniunctionis ad coniunctionem. Sic ergo dicendū
est, quod amicitia consanguineorum fundatur in cō-
iunctione naturalis originis. Amicitia autē cōiunium
in cōiunctione ciuili: & amicitia commilitantium in cō-
municatione bellica. Et ideo in his, quae pertinent ad
naturam, plus debemus diligere consanguineos: in
his autem, quae pertinent ad ciuilem cōuersionē,
plus debemus diligere conciuēs: & in bellicis, plus
cōmilites. Vnde & Philosophus dicit i. 9. * Ethic.
quod singulis ppria, & congruentia sunt attribuenda.
Sic autem facere videtur, quidam qui ad nuptias
uocant cognatos: uidebitur utique & nutrimento
parentibus oportere maxime sufficere, & honorem
parentum, & simile est etiā in alijs. Si autem compa-
remus et coniunctionem ad coniunctionem, cōstat
quod coniunctio naturalis originis est prior, & im-
mobiliior, quia est secundum id, qd pertinet ad substā-
tiam: alia autem coniunctiones sunt superuenient-
es, & remoueri possunt. Et id amicitia consanguineo-
rum est habiliior: sed alia amicitia potest esse potio-
res secundū illud, qd est proprium vniciuiq; amicitia.

C AD PRIMVM ergo dicendum, quod quia ami-
citia sociorum propria electione cōtrahitur in his,
quae sub nostra electione cadunt, puta, in agendis,
praeponderat haec dilectio dilectioni consanguineo-
rum, ut scilicet magis cum illis consentiamus in
agendis. Amicitia tamen consanguineorum est sta-
biliior, ut pote naturalior existens, & prauelet in his,
quae ad naturam spectant, unde magis ei tenemur in
prouisione necessariorum.

D AD SECUNDVM dicendum, quod Ambrosio loquitur
de dilectione quantum ad beneficia, quae perti-
nent ad communicationem gratiae, s. de instructio-
ne morum. In hac enim magis debet homo subue-
nire filiis spiritualibus, quos spiritualiter genuit, quam
filiis corporalibus, quibus tenetur magis providere
in corporalibus subsidijs.

E AD TERTIVM dicendum, qd ex hoc, quod duci
exercitus magis obeditur in bello, quam patri, non
probat, qd simpliciter minus diligatur, sed quod
minus diligatur secundum quid, id est, secundum di-
lectionem bellicae communicationis.

ARTICVLVS IX.

*Utrum homo ex charitate magis debeat
diligere filium, quam patrem.*

AD NONVM sic proceditur.
Videtur, qd homo ex chari-
tate magis debeat diligere filium, qd
patrem. Illum enim magis debe-
mus diligere, cui magis debemus
benefacere: sed magis debemus
benefacere filiis, qd parentibus.

neur coniunctis ipi-
ritualiter, quam car-
naliter, caeteris pari-
bus. Et quemadmo-
dum pater spiritualis
plus in spiritualibus
teneat filius huiusmo-
di, quam carnalis, ut
sic: ita filius secun-
dum carnem plus te-
neat in spiritualibus
coniunctis sibi secun-
dum spiritum, quam
patri, qui eum ge-
nuit.

Ar. præce.
Li. 9. cap. 2.
tom. 5.

IN art. 9. per spice
differentiam inter
primam, & tertiam
literationē. Qua-
re filius est magis,
quā pater diligen-
dus, attende penes
hoc, quod primae me-
dium est maior simi-
ludo dilectionis fi-
lij

Super Quaestiois
vigesima sex Ar-
ticulum nonum.

IN art. 9. per spice
differentiam inter
primam, & tertiam
literationē. Qua-
re filius est magis,
quā pater diligen-
dus, attende penes
hoc, quod primae me-
dium est maior simi-
ludo dilectionis fi-
lij

lij ad dilectionē sui ipsius: ex hoc enim concluditur maior. Tercia verò mediū est, quod ipse filius quia est pars quædam parentis, est propinquior parenti. Et propterea non sicut viliū, sed due rōnes, quāuis propinqua.

¶ 2 Præter. Gratia perficit naturā: sed naturaliter parentes plus diligunt filios, quā ab eis diligantur vt * Philosoph. dicit in 8. Ethico. ergo magis debemus diligere filios, quā parentes.

¶ 3 Præter. Per charitatem affectus hominis Deo conformatur: sed Deus magis diligit filios, quā diligatur ab eis. ergo etiam & nos magis debemus diligere filios, quā parentes.

SED CONTRA est, qd * Amb. dicit. Primo, Deus diligitur: sed deo, parentes: inde, filij: post, domestici.

RESPON. Dicendum, qd sicut supra * dictum est, gradus dilectionis ex duobus pensari pōt. Vno modo, ex parte obiecti. Et sicut in hoc id, quod hēt maiorem rationem boni, est magis diligendum, & quod est Deo similis. Et sic pater est magis diligendus, qd filius, quia sicut patrem diligitur sub ratione principij, quod habet rationem eminentioris boni, & Deo similioris. Alio modo computatur gradus dilectionis ex parte ipsius diligentis, & sic magis diligitur quod est coniunctius. Et secundum hoc filius est magis diligendus, quā pater, ut Philos. dicit in 8. *

¶ Ethic. Primo quidem, quia parentes diligunt filios ut aliquid sui existentes, pater autem non est aliquid filij: & ideo dilectio, secundum quam pater diligit filium, similior est dilectioni, qua quis diligit seipsum. Secundo, quia parentes magis sciunt aliquos esse suos filios, quā conuerso. Tercio, quia filius est magis propinquus parenti, ut pote pars existens, quā pater filio, ad quem habet habitudinem principij. Quarto, quia parentes diutius amauerunt. Nam statim pater incipit dilgere filium: filius autem tempore procedere incipit dilgere patrem. Dilectio autem quanto est diuturnior, tanto est fortior, secundum illud Eccles. 9. Non derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod principio debetur subiectio, reuerētia, & honor: effectui proportionaliter competit recipere influentiam principij, & prouisionem ipsius. Et propter hoc parentibus a filijs magis debetur honor: filijs autem magis debetur cura prouisionis.

AD SECUNDUM dicendum, quod pater naturaliter plus diligit filium secundum rationem coniunctionis ad seipsum: sed secundum rationem eminentioris boni filius naturaliter plus diligit patrem.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Aug. * dicit in 1. de doctr. christi. Deus diligit nos ad utilitatē nostram, & suum honorem. Et ideo, quia pater comparatur ad nos in habitudine principij sicut & Deus, ad patrem proprie pertinet, ut ei a filijs honor impendatur: ad filium autem, ut eius utilitati a parentibus prouideatur, quāuis in articulo necessitatis filius obligatus sit ex beneficijs susceptis, ut parentibus maxime prouideat.

¶ 4. e. 31. in prin. tom. 3.

¶ 3. di. 29. ar. 7. ad 4. & 5. Et Ephe. 9. dec. 7. si.

ARTICVLVS X.
Vtrum homo magis debeat diligere matrem, quā patrem.

AD DECIMUM sic proceditur. Videt quod homo magis debeat diligere matrem, quā patrē. Vt

F enim Philos. dicit in 1. * de Generatione animalium. Femina in generatione dat corpus: sed homo nō hēt aīam a patre, sed per creaturā a Deo, ut in 1. dicitur est ergo homo plus habet a matre, quā a patre. plus ergo debet diligere matrem, quā patrem.

¶ 2 Præter. Magis amantem dēt magis diligere: sed mater plus diligit filium, quā pater. dicit n. Philos. in 9. * Ethic. qd matres magis sunt amantes filiorum. Laboriosior enim est generatio matris, & magis sciunt, qui ipsarum sunt filij, quā patres. ergo mater est magis diligenda, quā pater.

¶ 3 Præter. Ei debetur maior dilectionis affectus, qui p nobis plus laborauit, sicut illud Rom. vi. Salute Mariam, quæ multum in nobis laborauit: sed mater plus laborat in generatione, & educatione, quā pater. Vnde dicitur Eccl. 7. Gemitum matris tuæ ne oblitiscaris. ergo plus debet homo diligere matrem, quā patrem.

SED CONTRA est, quod dicit Hiero. super Ezech. quod post Deum mater diligitur est pater, & postea addit.

RESPON. Dicendum, quod in istis dicitur id, quod dicitur, est intelligendum per dicitur intelligatur esse quæsitum de patre, non est pater, an sit plus diligendus mater, quā mater. Potest enim in omnib. huiusmodi distantia uirtutis, & malitiæ, ut amicitia minuat, ut Philos. dicit in 8. Ethic. Et ideo, dicit. Boni domestici sunt malis filijs propter se loquendo, pater magis est amantior mater. Amantur enim pater & mater, quodam naturalis originis. Pater autem cellentioris rationem principij, quā mater est principium per modum agentis, ter magis per modum patientis, & mater per se loquendo, pater magis est diligendus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod mater ministrat materiā compositionis, formatur autem per virtutem formatiui in semine patris. Et quāuis huiusmodi virtus create animæ rationalem, dispōnit tamen corporalem ad huiusmodi formam inchoatam.

AD SECUNDUM dicendum, quod hoc per aliam rationē dilectionis. Alia enim est dilectio, qua diligimus amantem, & quæ necerantem: nunc autem loquimur de matre debetur patri, & matri secundum generationem. Ad tertium patet.

ARTICVLVS XI.
Vtrum homo plus debeat diligere uxorem, quā patrem, & matrem.

AD VNDECIMUM sic proceditur. Videtur, quod homo plus debeat diligere uxorem, quā patrem & matrem. Nullus enim dimittit rem aliquā, nisi pro re magis dilecta: sed Gene. 2.

¶ Supra questionis vigesima sexte articulum decimum.

¶ In artic. 10. solite cōserua, qd formalis est sermo, & ceteris paribus. Ex hoc, n. soluitur quæstiones.

¶ 1. di. 29. ar. 7. ad 4. & 5. Et Ephe. 9. dec. 7. si.

¶ 1. di. 29. ar. 7. ad 4. & 5. Et Ephe. 9. dec. 7. si.

¶ 1. di. 29. ar. 7. ad 4. & 5. Et Ephe. 9. dec. 7. si.